

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Arnd

**M. Christianus Arndius, Log. Prof. Ordinarius. Intimat Lectiones Suas Publicas a.  
d. XXIV. Septembr. hora septima in Octavam matutina in Auditorio Boreali  
inchoandas. Anno cl Ic L.**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217248>

Druck    Freier  Zugang



Rue phae 1650.  
Christian Ansel



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn730217248/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217248/phys_0002)

**DFG**

Qvod felix sinat esse DEUS!

M. CHRISTIANUS  
ARNDIUS,

Log. Prof. Ordinarius.

*Intimat*

LECTIONES SUAS PUBLICAS

a. d. XXIV. Septembris.

horâ septimâ in Octavam matutinâ

in Auditorio Boreali  
inchoandas.

ANNO CLX IEC L.

2 : 2



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

34

# LOGICES STUDIOSIS

Sal. & Off.

Nter cæteras, easq; elegantissimas, quibus insignitur Logica, aut (si quis delicatus adeò Aristotelicus cum Fonfeca erit, ut hâc voce ridiculè abstinere velit, quia non reperiatur apud Aristotelem,) Dialectica, appellationes, & maxime notæ & non postremæ sunt, quando salutatur ὁρατον ὁράνων ac ξειρ τῆς φιλοσοφίας. Illæ enim voces ab ipso usurpatæ Aristotele omnem Logicæ conditionem adeò feliciter exprimunt, & nobis ob oculos ponunt, ut nihil amplius addi posse videatur. Instrumentum cum dicitur Logica, ἐφθαλμοφαρεγῶς appetet, solis præceptis tantam artem non acquiri, neq; statim perfectum esse Logicum, qui vel sexcentis auctoribus possidet refertam Bibliothecam, vel de otiosis quæstionibus Scepticorum more differere novit. Utendum est Organo hoc, cum alias certum sit, Instrumentorum vim ac perfectionem in applicatione & USU consistere ac sitam esse. Quod dum pauci attenderunt, pleriq; contrâ Scholasticorum vastam & vanam disputandi ac conscribillandi mirati sunt an affectarunt pruiginem, inde factum esse reor, quod in Bibliopolio nullum librum sæpiùs reperire habeamus, quam Logicum. Præ posterè! Eo enim ipso obruitur intellectus, at verus artis usus neutiquam percipitur. Logica equidem nunquā habetur nimia, præsertim quia animus ab inscitiae rubigine, quæ auctore Sealigeri in duobus consistit, vel pura scil. ignorantia, vel pravâ ac distortâ scientiâ, repurgari non potest sine beneficio Dialectices. At verò Logicos scriptores nisi judicio elegeris, quin raptim carptim potius omnes coëmeris, vere dicam cum Poëtâ: Non

# Non illigatum Terriformi

## Pegasus expediet Chimera.

Delectus ergò hic instituendus, præsertim, cum Instrumenti usum vel ex uno aliquo auctore haurire commode possis. Sed nec Organon saltem Logica est, verum etiam ~~οργανόν~~ ~~οργανόν~~, ut ita de illius excellentiâ & necessitate certi esse valcamus. Excellentia quidem insinuatur, quando per Instrumentum Instrumentorum locutione elegantissimâ, quam cum Hebræis retinent Græci ac Latini, indigetur Organon præclarissimum. Sicut per Feram ferarum, fera præstantissima per ~~την θηρικήν~~ doctrinarum præcipua. Et quando Cicero de Claris Oratoribus Logicam nuncupat artium maximam & omnium lucem, tunc id meo quidem arbitratu, scitè admodum Michael Psellus, vetustus ille Organi Aristotelici Epitomator, ~~περὶ τὴν τέχνην~~ reddidit. Necessitas autem hac ratione colligitur. Nam si obtinet, quod Instrumento in disciplinis & artibus carere non possimus, multò minus hoc primario Instrumento & ~~οργανόν~~ ~~οργανόν~~ destitui debebimus, quotiescunq; Naturæ abdita, ac secreta scrutari, aut ad uniuscujusq; Facultatis fastigium eniti voluerimus. Næ igitur in cognoscendâ Logicâ longè major, quam multi putant, necessitas inest, longè melior, quam primâ apparet facie, eminentia. In illâ quippe, velut in speculo repræsentantur rerum omnium, tam in Philosophiâ, quam superioribus Facultatibus contentarum expressæ imagines. Et vel hinc ~~τὴν φιλοσοφίαν~~ verissimè appellabitur, etiamsi per ~~τὴν φιλοσοφίαν~~ more veterum intelligas scientiam rerum divinarum & humanarum, quam Verulamus aliquis nos docebit. Nam quanti momenti sit ad dextrè philosophandum, dico verbis Zabarella, Logices esse gnarum, si nullâ aliâ ratione demonstrari posset, hoc uno certè arguento satis pro-

(§ 2)

ab-

baretur, quod antiqui Philosophi, ut passim apud Aristotelem legimus, ob ignorantiam Logices in multos, eosq; gravissimos errores lapsi sunt. Et quotus quisq; est, qui nesciat, Philosophum priscis exprobrare istam inscitiam ut &, quæ hanc comitari asoleat, confusionem, dum mox ait: οι τεσται της φιλοσοφιας ει μεταιχοι l.i, met.c.5 mox ιθογραφησι αποχαιραι l.i. Phys. c.2. & μαλισσα φιλοσοφησιετελεον ει πεπονι φιλοσοφησιετε, l.i. de gen. & Corr. c.3. de quib<sup>z</sup> locis suo tempore ex professo agemus. Interim tamen non putandum, cum eodē Zabarella, Crellio, aut aliis fortasse, solius Philosophiæ x̄ege, aut Instrumentum esse Logicam, cum ea superioribus etiā Facultatibus adeoq; ipsi Theologiæ inserviat. Quamvis enim diffiteri nolumus, Inventores artis Logicæ præcepta ista Philosophiæ destinasse, hoc tamē ex accidenti tantummodo est & potest Dialectica per se, aut ex suā Naturā utilis esse ad id, de quo Aristoteles vel alius quippiam ejus Instaurator ne quidem cogitavit. Cognitio certè veritatis omnib<sup>z</sup> sedulò inculcanda venit, qui Labyrinthis optant vadis exire. Notiones Logicæ non in Philosophicis modo, sed alibi etiam adhiberi commode possunt. Eruditio Logica, ut loquitur *Origenes homil.*  
2. in *Exod.* ad omnem pervenit sensum, & per eam quisq; medicatus ac fortus ad divinorum intelligentiam paratiō venit. Quod cum agnoscerent eruditorum Coryphæ, à studio Logico se vocari non potuerunt, quin ab eo potius laborum suorum semper fecerunt initium. Catalogū integrum hic exhiberem, nisi brevitati studēdum foret. Neq; possunt alias omnia uni inscribi quaternioni, sed sicut in angusto canali, aut tubo, sifflatur aqua, dum aliam protrudere conatur, nec invenit egressum: ita dum multa simul dicere volo & debeo, dicenda pauca. *Zabarella* facetur, se quinq; annos integros consumisse in tradendā Logicā disci-

disciplinā. Keckermannus quatuordecim annos cōtinuē  
eandem docuisse semet scribit & vicies circiter explican-  
do absolvisse, ut alios silētio imprætentiarum involvam.  
Quocircā tribuamus & nos illud Exemplis clarissimorum  
Virorum, atq; Logicam nobis habeamus commendatissi-  
mam. Quod si enim ἐμεβόδως in studiis progredi & ad ve-  
ritatē, ad scientiæ abditā p̄venire allubescit, à Dialec̄ticis  
exauspicemur. Neq; frustra omnino, sed per quam con-  
sideratē & prudenter à laudatissimis majorib; nostris in  
hac Vniversitate constitutum est, ut Lectionum omnū  
publicarum exordium singulis diebus faceret Professor  
Logices, horā scilicet à septimā in octavam matutinā.  
Cum verò hæc sparta à Serenissimo Principe meo ac Domino in-  
dulgentissimo gratiōsē mihi demandata sit, diu apud animūm  
cogitavi, quid potissimum in tantā scriptorum Logicorū  
varietate prælectionib; publicis pertractandum suscep-  
rem. Observaveram jam olim, aut ut cum Euripide loquar,  
πλάνη τὸν τρόπον δέδογμένον. (Nisi fortè quis me hoc an-  
no demūm Logicam discere & antehac quidē eruditum,  
non tamen Logicē doctūm fuisse cavillabitur) vocari Dia-  
lecticam ὕγραφον ὕγραφον vocari κεῖται τῆς φιλοσοφίας. Depre-  
hendebam, Instrumentum adhibendum, non prolixitate  
præceptorum onerandum, neq; de eodem sine more mo-  
doq; decertandum esse. Recordabar elegantissimæ simi-  
litudinis, quam apud Philippum, communem illū Germania Præ-  
ceptorēm legeram h. m. Ut ridiculus faber foret, sunt verba au-  
toris, qui multos malleos cōpararet, non ut iis LI ERETUR,  
sed ut officinam copiosē instructam haberet, nec aliū  
nosset ejus rei finem: Ita sunt inepti, qui nullum existimat  
aliū finem esse Dialecticæ, quām ut habeant Bibliothecam  
his libellis instructam. Producenda ars est è Scholā  
in aciem & ad magnas causas accommodanda, Hac ille!

Quæ

Quæ omnia & vel hæc sola indicid mihi erant, aliud esse,  
cujus causâ reliquis disciplinis ancillaretur Logica quâm  
ut nuda tantum sua præcepta ad litem nobis obtruderet,  
aut de Genere, numero prædicabiliū, cæterisq; ferras re-  
ciprocare contentionum nos doceret. Hæc sola incita-  
mento jam nunc sunt, si vel maximè idem statutum Fa-  
cultatis Philosophicæ nō esset: Professor Dialectices usum Præ-  
ceptorum nudè & dextrè sine commentariorum & dictatorū perplexi-  
tate, Studioſis, brevibus & illuſtribus Exemplis declaree; ut usum ſaleē  
Logices publicè commoniſtrare oīy θεῖα παλάμη aggregiar. Et primo  
quidem anno, si licet miseriſ nobis proponere, aut mortali-  
bus cogitationibus pectora implere, Uſum Logicæ, quæ  
generaliorē quis non immeritò nancupare poſſit, in ſupe-  
rioribus Facultatibus & Philosophiā percurram. Exinde  
ſcilicet eluſcet, quomodo in Theologiâ debeam⁹ οὐθωμαν  
τὸν νόμον τῆς ἀληθίας, ἐλέγχειν τὰς αντιλεγοντας, δεῖξαι τὸ πεῖσμα  
ψεῦδος & quæ ſunt hiſ ſimilia. In Jurisprudentiā & Politicā,  
quomodo ē Topicis locis deſumenda Argumenta, & corā  
Magnatibus, ſi vel Legatorum vel Consiliariorum mune-  
re fungamur, ſermo inſtituendus ſit. Dialectici enim eſt  
invenire, Rhetoris inventa diſponere, Oratoris dispositis  
uti. Quæ etiam cauſa fuit, cur Cicero Oratorum felicifimus &  
Politicorum dexterrimus, Academicos maximè amarit, ſci-  
licet propter illam ē Locis Topicis diſputandi ſolertia-  
m, quâ plurimū ſcivit augeri eloquentiam, quaq; ipſe nihil  
habuit antiquius. In Philoſophia, quis ſit uſus Prædicabiliū,  
Prædicamentorum, Enunciationis, Syllogismorum & De-  
monstrationis. Quomodo Thema ſ. ſimplex ſ. compositū,  
erigendum & viuſſim reſolvendum. Altero anno, ſi Deus  
vitam & sanitatem, uſum illum ad Philoſophiam reſtrin-  
gē, ſecundum tres mentis operationes. In quarum primā re-  
tinebimus Wegerum, Professorem Regiomontanum, Secun-  
dam

dam cum nemo nobis, quod sciām ego, commode reliquerit, nos elaborabimus methodo Wegerianā. In tertiā sufficere poterit Cornelii Martini *Analysis Logica*, conjuncta cum Ideā Boni *Disputatoris Danhaweri*. Hæc ipsa, ut uno verbo rotundè dicam, si φανοπεγσωπηνόν, ad perfectionem Logicam aspiranti abundè erunt. Præcepta aut Compēdia qui desiderat, vel minima eligit, ut quæ similiter sufficiēt, modò accurata accedat expositio & repetitio cōcatenata. Id evitandū saltē, ne novitatis errore, quod hoc seculo novaturiētissimo vix possibile videtur, abrepti ab uno auctore ad alium transsiliamus. Qui enim vago quodam impetu multa pervolutā & temerario ausu modò in hunc, modò in illum rapiuntur auctore, nusquā sunt, dum ubiq; sunt. Assumatur ergo vel *Epitome Danhaweri*, vel alteri<sup>9</sup> Scriptoris, neq; prius de manib; deponatur, quām ad illos auctores, quos paulò antè nominavimus, accessus fieri methodicè possit. Est illa privata & nostra opinio, quā qui meliorem suppeditaverit, ei candidè gratias habebim⁹. Nam, Lipsi illud succurrit, qui alicubi in *Epistoli*, Icarus, ait, fieri possum, sed easu, non animo, nec is unquam altum subvolabit. Virtutē & sapientiam amo, hoc fateor, sed & omnes qui istas amant. Et quamvis in eā fuerim semper, cum Danhawero meo atq; aliis gravissimis Viris, sententiā, de Logicā non fore disputandum, certis tamen de causis, præter illas, quas Lex VI. Facultatis Philosophicæ subministrat, sex DISPUTATIONES Logicas *Anniversarias*, quas alias ORDINARIAS vocare consverunt, adornavi; duas de ENUNCIATIONE, binas de SYLOGISMO, & totidem de DEMONSTRATIONE. Eas publicè, sed gravis oēs pēm habiturus sum, quād docunq; Respondentū vices qui sustineré velint, nomina sua apud me profitebuntur. Quidquid agimus, illud agamus ad maiorem Dei gloriam! Ipse nos clementer juvet! Quod caput  
rei

rei esse significo, me ab Uſu Logices Universali cōmonſtrando peren-  
diē BONO CUM DEO horā ſeptimā matutinā LECTIONES MEAS  
PUBLICAS exauſpicaturum, & quæpiam De ORIGINE LOGI-  
CES ac CENSURA SCRIPTORUM LOGICORUM præmissurum  
eſſe. Nam & iſte LOGICES Uſus eſt, ut oportunè monet  
Rodolphus Agricola, cujus verba legi digna aſcribam: Præce-  
pta, inquit, artis Dialecticæ nō magnoperè profutura ſunt,  
niſi de arte fiat uſus. Uſum autem duabus his in rebus fo-  
re accipio, scriptis auctorum expendendis & nostris ad  
illorum Exemplum, quantum datur, effingendis. Quorū  
illud ad artis perceptionem commodius, iſtud ad effici-  
endi facultatem efficacius. De ORIGINE LOGICES ago, ſe-  
cucus ductum Aristotelis & Platonis, quorum uterq; de Vir-  
tute aucturus, Originem præmituit Virtutis. Taceo enim  
hac vice Idos, qui de origine Juris peculiarem habent titu-  
lum, qui ita incipit: NECESSARIUM nobis videtur, ipſius Juris  
originem atq; progressum demonstrare. Quotquot ſunt,  
qui Logicis laboribus non indelectantur, eos dicto die, &  
horā prænominatā in Acroaterio BOREALI præstolabi-  
mūr Auditores.

Tu, o Deus! fortunare velis noſtra ſtudia, noſtroſ labores, & largi-  
ri Pacem ac CONCORDIAM, ut inveniantur, qui nobis favere,  
aut benefacere velint, poſſint; confundantur autem, quibus livor  
glaucomam ob oculos objicit, ne poſſint cernere verum! Eifice, O  
veneranda Unitas, habeamus inter nos veram coniunctionem ani-  
morum, ac retinere ſtudeamus, nec vel ambitione, vel emulatione,  
vel ullo alio privato affectu impulſi, interturbemus!

Valete felicissimè & vivite quam diutissimè inco-  
lumes. P.P.a.d. XXII. Septembr. Anno cīc Ic L.

RostochI.

BS : SC



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn730217248/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217248/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730217248/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217248/phys_0012)

DFG

dam cum nemo nobis, quod sciām ega-  
querit, nos elaborabimus methodo We-  
sufficere poterit Cornelii Martini *Analysis*  
cum Ideā Boni Disputatoris Danhaweri. Hæc i-  
rotundè dicam, si φανοπεγσωπηπνόν, ad per-  
cam aspiranti abundè erunt. Præcepta a  
desiderat, vel minima eliget, ut quæ simili-  
dò accurata accedit expositio & repetiti-  
evitandū saltē, ne novitatis errore, quod  
turiētissimo vix possibile videtur, abrep-  
ad alium transfiliamus. Qui enim vago  
multa peryolutā & temerario ausu mod  
in illum rapiuntur auctōrē, nusquā sun-  
Assumatur ergo vel *Epitome Danhaweri*, v-  
ris, neq; prius de manib; deponatur, qu-  
res, quos paulò antè nominavimus, acc-  
dice possit. Est illa privata & nostra op-  
liorem suppeditaverit, ei candidè gratia  
*Lipſj* illud succurrit, qui alicubi in *Epistola*  
possim, sed easu, non animo, nec is unqu-  
labit. Virtutē & sapientiam amo, hoc fac  
qui istas amant. Et quamvis in eā fue-  
*Danhawero* meo atq; aliis gravissimis Viri-  
gicā non fore disputandum, certis tame-  
illas, quas *Lex VI. Facultatis Philosophicæ subm-*  
*TATIONES Logicas Anniversarias*, quas al-  
vocare conserunt, adornavi; duas de-  
binas de *SYLLOGISMO*, & tertiadem de *DE*  
*Eas publicè, sed gratis* eēs pēne habiturus  
Respondentū vices qui sustineré velint,  
me profitebuntur. Quidquid agimus, illu-  
jorem Dei gloriam! Ipse nos clementer



the scale towards document